

nis, & Bonifacium Tagliaferrum marchiones Clavesanæ, & commune Januæ, & ipsi marchiones promiserunt expedire in collectis communis Januæ pro libris duobus millibus pro terra, quam habent a jugo usque ad mare, & pro castro Thona vulgo la pieve, & ejus castellania, & pro castro Rocchæ Corz., & ejus castellania, & pro castello Cillano Succarello, & eorum castellanis, & de castro Stalanelli, & Andoniæ &c., & fuerunt recepti in cives Januæ, & dant eis civibus factis 250. libras annuas 10 pro venditione portus Mauriti, Dulcedi, Diani.

Sign. per Thomam de Credentia Cancellarium communis Januæ.

*Pacta inter Aquenses, & Alexandrinos.*

184

MCCXXXIV.

Anno MCCXXXIV., indictione VII., die martii X exeuntis novembris in villa Sezadii præf. D. Imblovato de Pirovano ec. D. Guiffredus de Pirovano potestas Alexandriae voluntate, & præcepto communis Alexandriae . . . . . promisit, & super sancta Dei Evangelia juravit D. Amizoni de Busto potestati Aquis, & D. Morando Judici, & Alberto Bocaccio Ambaxiatoribus communis Aquis . . . . . nomine communis Aquis observare, & attendere concordiam factam inter commune Alexandriae, & commune Aquis, sicut continetur in instrumento facto a Petro notario 1224. 26. julii, & in alio instrumento facto ab eodem die ultima julii . . . . . eo addito, quod ubicumque invenitur in dictis instrumentis mentio facta de Cassinensibus, illud pro non apposito, vel addito habeatur, & loco ejus dicatur, quod commune Aquis, & commune Alexandriae, & homines utriusque civitatis non debeat dare . . . . . consilium, vel auxilium Cassinensibus si guerrifarent cum Alexandrinis, vel Aquensibus, vel Aquenses, vel Alexandrini guerrifarent cum Cassinensibus, & specialiter de præsentis guerra, & quod homines Alexandriae possint Cassinenses capere ubique, sine 40 eo quod Aquenses debeant dare consilium, vel auxilium Cassinensibus, & si male eis evenerit sit suum, & quod Aquenses, & commune Aquis non teneantur guerriare Cassinenses de hac guerra, vel de alia; & commune Alexandriae non teneatur guerriare Cassinenses pro communi Aquis, quæ omnia, & singula ec.

*Monitio potestatis Aquensis Alberto M. Ponzoni.*

185

MCCXXXIV.

Anno Domini MCCXXXIV., indictione VII., die XXI. novembris in Spigno. Ogerius Centiq. communis Aquensis Nuntius constitutus a Domino Amizone de Busto Aquensi potestate dixit, & admonuit Dominum Albertum marchionem de Ponzono (1) ex parte dicti potestatis, & communis Aquensis, ut ipse debeat venire coram dicto potestate ad faciendum suum sequimentum, & ad faciendum totum, quod debet facere dicto communi hinc ad diem Dominicum proxime venturum sub 60 pœna mille solidorum. Unde dictus Ogerius rogavit mihi cartam fieri. Interfuerunt Ruffinus de Mayrana,

& Bofus notarius testes rogati. Ego Anselmus notarius Sacri Palatii &c.

(1) Eadem die idem nuntius Aquensis admonitionem suam quoque direxit ad Dominum Manuelem marchionem de Ponzono, & de qua rogatum est instrumentum huic omnino simillimum.

*Fidelitas Ottonis Marchexii de Meladio vassalli potestati Aquensi.*

MCCXXXV.

186

Anno Domini MCCXXXV., indictione VIII., die Dominica XV. julii in Aquis. Otto Marchexius de Meladio juravit, & fecit fidelitatem D. Amizoni de Busto potestati Aquis nomine communis Aquis confitendo, quod tenet in feudum a dicto communi medietatem poderii, quod fuit Bernardi Lavari scilicet domum unam jacentem in plagio Meladii, & cohærent ei Arnaldus Zaver, & Manfredus Sognator, Antonius Scaz, cui cohæret via, & filia Bernardi Lavari; campum S. Angeli, cui cohæret Abbas, & Domina Janete; campum . . . . . cohærent Jaforgius, & Guido Beneus; campum, & Roveta cohærent Alfonsus, & Jotus Dottus; campum in podio Engere cohæret Ogerius Cornaliensis, & fossatum Plazum in Palazolo cohæret Goslini; campum in Sancto secundo; campum in Valle frigida; duas petias Castagneti, cohæret Berta Moya a duabus partibus; castagnetum in Falinzania cohæret Willelmus R. a duabus partibus. Unde dictus potestas rogavit cartam fieri. Interfuere Henricus Marchexius, Henricus Blancus, & Antonius Murator testes rogati. Ego Anselmus notarius videns, & legens authenticum hujus exempli factum a dicto Anselmo sicut & in ipso inveni ec.

*Sententia Ottonis Aquensis Episcopi in Amizonem potestatem Aquensem.*

MCCXXXV.

187

Anno a Nativitate Domini MCCXXXV., indictione VIII., die Mercurii VII. mensis Augusti. D. Otto Dei gratia Aquensis Episcopus excommunicavit Amizonem de Busto potestatem Aquensem, eo quod ipse sua auctoritate intravit, & cessit castrum, quod appellatur Meladium, & quod fuit Dominorum Meladii, & modo est commune majoris Ecclesie Aquensis, & communis ipsius civitatis, & quia homines dicti Episcopi coegit in dicto castro canervas facere, & ibidem res eorum ponere, & habitare, res eorum accipiendo, & ibidem portando, & quia quemdam suum hominem nomine Anselmum Gozum per vim, eum, & res suas accepit, & in carcerem posuit, eo quod in dicto castro nolebat habitare, & inde cum ex fidejussoribus, & securitatibus coegit in dicto castro domos facere, & res suas ibidem ponere, & quia occasione cujusdam facti quemdam suum Clericum incarceravit, & eum ad satisfactionem dandam usque in quantitatem librarum trecentum coegit, nolendo ipsum dimittere de carcere, nec ejus fidejussores absolvere cum ipse protestaretur se inde rationem facturum sub D. Episcopo, ad quem jurisdictio perti-